



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In Qvo Genuina sententia S. Avgvstini de humanæ naturæ stantis, lapsæ,  
puræ statu & viribus eruitur & explicatur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

10. Ratio præcedentis doctrinae ex natura virtutis, & eius fine petitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13673**

593

*sunt aliquas per corpus operati. Qui sic? an quia non erant virtutes satis intensæ, radicatæ, nec in omni materia se exercebant, nec reliquas virtutibus conjugatæ fuerunt? Nequaquam: sed propter defectum finis, quem semper inculcat magister ejus Augustinus: Quod eas nec a Deo suo se accepisse crediderunt, nec ad eum qui est fons omnium bonorum referre voluerunt. Et quid dico, nihil eu profuerunt? Imo etiam nocuerunt, dicente Apostolo: Omne quod non est ex fide peccatum est. Quibus verbis declaratum esse dicit, quod omnia bona aut ex fide gesta virtutes sunt, quæ profecto iustificat; aut si fuerint sine fide, non sunt aliqua bona credenda, sed vitia; quæ non iuvant suos operarios, sed condemnant, in istosque præcipiant. Quam sane doctrinam ad an. utilim ex Augustino Prosper expressit. Nam cum Iulianus gentiliū virtutes prædicaret, sicut & Recentiores nonnulli ipsa facta seu officia laudabilia à sine se juncta condiderant prædicant, respondit ei Augustinus: Sed videt cet homo eruditus eorum virtutum verisimilitudine falleris: quæ si minima videntur. & propinqua virtutibus, cum absint ab eis, quam longe abint a virtutibus vitæ. Quod Xenophis vitiorum in virtutibus verum esse demonstrat, sicut infra dicturi sumus.*

Ex his videt eruditus lector, quanta securitate, & asseverantia, doctrinæque certitudine sanctus Prosper illam Augustini doctrinam tradit, quod non sint veræ virtutes infidelium, sed hoc solo ab apertissimis vulgoque notis vitij discrepent, quod oculi imperitorum quadam specie fallente ludificentur. Docet enim expressis verbis, crebroque repetit & inculcat, eorum virtutes, quantumcunque veræ esse videantur, non esse veras virtutes, sed virtutum dumtaxat similitudines, quæ præsentem vitam ornare possunt, ad futuram conficere non possunt: sapientis docet, esse vitia, mendacia, non lumen, sed noctem, esse immunda, polluta, peccata, quæ ex sapientia terrena, animalis, diabolica proficiscantur: non prodelle, sed obesse; esse inutilitiam, per quam placeant homines non Deo sed diabolo; denique eas à Deo separare, atque damnare; ut nihil omnino superesse possit, quo de sententia ipsius & Augustini, quam expressit luculentius, ambigi possit. Verque deduxit eam non ex Philosophicis Peripateticorum, aut Stoicorum promptariis, verum Deum ignorantium, unde om-

nis veræ virtutis ratio essentialiter pendet, sed ex Scripturis sacris, quas hac in re Philosophus Christianus multò tutius sequitur.

Ex quo fit, ut eam ante sanctum Augustinum, nonnulli magni viri eandem veritatem in Scripturis traditam observaverint, & in scriptis suis expresserint. Nam hinc illud sancti Hieronymi in Epistola ad Rusticum: *Illi Philosophi seculi vitium vitio, peccatumque peccato medicantur: Nos amore virtutum vitia superemus.* Et in versum undecimum capituli tertij ad Galatas: *Faciamus & nos aliquid simile huic, quod dicitur: Iustus ex fide vivit; & dicamus: Castus ex fide vivit; Sapiens ex fide vivit; Fortis ex fide vivit; & à ceteris virtutum partibus vicinam sententiam proferamus, ad verus eos qui in Christum non credentes, fortes, & sapientes temperantes se putant esse, vel iustos, ut sciant nullum absque Christo vivere, sine quo omnis virtus in vitio est. Eodem tendit*

sanctus Ambrosius, dum quandoque omnium virtutum fundamentum tradit esse fidem; Prædicare autem & fidem acuendo intexuit, & fidei ipsi virtutum fundamenta subiecit. Quandoque verò omnes virtutes velut folia inutilis esse tradit sine fide: *Virtutes sine fide folia sunt: videntur vivere, sed prodelle non possunt: agitantur vento, quia non habent fundamentum. Quamvis gentiles habent misericordiam: habent sobrietatem; sed fructum non habent, quia fidem non habent. Labuntur cito folia, ubi ventus flaverit. Et aliqui Iudæi habent castimoniam, sed utilitatem lectionis multam & diligentiam: sed sine pacto sunt, & versantur ut folia. Hæc sorte sunt folia, quæ salvator in illa sicu reperit; sed fructum non invenit. Mystica (id est, fides) salvant & à morte liberant: moralia autem ornamenta decoris sunt, non subsidia redemptionis. Nam si fructum sine fide homines non habent, sed tantum folia, aut mali sunt, aut steriliter boni. Iam autem Augustinus invictè colligit: *Fieri non potest ut steriliter boni finis: sed boni non sumus quicquid steriliter sumus. Itaque mox subjungit: Quomodo non aut vocari aut delirari, qui steriliū fructus arborum laudat? Qui utique aut nulli sunt, aut si mali sunt, laudandi non sunt: aut si fructus boni sunt, profecto steriles arbores non sunt: imo & bonæ sunt, quarum fructus boni sunt, & debent Deo placere, cui bonæ arbores non possunt nisi placere. Ante Ambrosium etiam Origenes idem ipsum ex Scripturis clarissimè docuit: cuius locum ex commentario in Epistolam ad Romanos jam ante allegavimus.**

lib. 4. cont. in Epist. ad Galat. m. 110. Ambros. lib. 7. in Lucam. In Psal. 1. lib. 4. cont. in 1. cap. 3. Ibid. infra.

## CAPVT DECIMVM.

Ratio præcedentis doctrinæ ex natura virtutis, & ejus fine petitur:

**Q**UAMVIS abundè satis esse possent ijs, qui aliquid primis illis & veris aivina gratiæ defensoribus, & Ecclesiæ magistris tribuunt, ut ijs potiùs quam Gentiliū Philosophiæ quantumcunque plausibili credant, operæ tamen

pretium est, etiam rationem naturalem, cui ista doctrina nititur, quamque Scholastici trutinatores rationum plurimi faciunt, patefacere. Hæc autem non potest aliunde venior, & immobilior, & generalior peti, quam ex ipso objecto formali virtutis, utpote quæ essentialiter

ejus tangat, & eam à quacunq[ue] pompatica virtutis specie naturam ejus imitante discernat.

Cum igitur virtus sit quidam habitus animi, hoc est affectio quaedam habitualis voluntatis, natura ejus ex motu voluntatis, qui ex ea proficiscitur, considerari debet. Quapropter hoc objectum virtutis alicujus statui debet, in quod velet in objectum incidit actus ejus. Ut enim potentia ita & habitus ejus interpositis actibus objectum suum respicit. Virtus autem, ut Augustinus dicit, & Philolopi facile advertuntur, est ordo amoris: proinde est affectio voluntatis. Nam in qua in intellectu virtus habetur, ea non efficit actus moraliter bonos, nisi voluntate movente vel dirigente: ut proinde ad hanc materiam nostram non aliter spectent, nisi quatenus ab aliquo amore voluntatis incitantur. Porro voluntatis actus necessario fit propter finem: sicut nec & experientia constat, & Philolopi docent, & sanctus Thomas ex professo tradit, & Scholastica profitentur. Ut hæc de causa generalissime sanctus Thomas velut rem certissimam attendendo concludat: *Quicquid ergo homo faciat, verum est dicere, quod homo agat propter finem, etiam agendo actionem que est utriusque finis.* Nam etiam tunc, cum circa ea que sunt ad finem occupatur, ita illis oculus anime unus intenditur ut alter respiciat finem, & dicitur one quodam *transitorio*, ut Augustinus loquitur, per illa tendat in finem. Quod licet in actibus voluntatis manifestum est, ita consequenter & in habitibus, quos vel efficiendo gignunt, vel unde efficiendo gignuntur, locum habet.

His ita constitutis, duo in quolibet virtuose voluntatis actu spectari possunt, opus quod fit, & causa propter quam fit, qua in nullo opere ex ipsa natura voluntatis, et jam diximus, deliterari potest. Opus vocatur officium quod præstatur, ut misereri pauperis, dare cuique suum, temperare à voluptatibus corporis, patienter dolores tolerare, & hujusmodi. Causa propter quam præstatur, est finis: qui semper in animo quicquid tandem ceciderit dominatur, live ipsum officium diligatur ut finis, live ad aliud quippiam distinctum ab ipso referatur. Non defuerunt igitur, qui veteram virtutem, que scilicet faceret habentem bonum, saltem naturaliter aut moraliter, & actum ejus bonum live non malum ex solo officio seu opere quod fit spectandam esse præcio sine censuerunt. Inter hos fuit Pelagianæ hæresis architectus Iulianus, qui contendebat, virtutes esse affectus animi, qui voluntatis nutus serpiunt aut ad æterna aut ad temporalia diriguntur. *Quod cum sit, inquit, non in eo quod sunt, non in eo quod agunt, sed in eo solo variant quod mentur.* Nec nominis igitur sui possunt nec generis sustinere dispensationem; seu saltem quod appetiverunt præmij aut amplitudine dicuntur, aut exalta e justitiam. Adversus istam opinionem tanquam falsissimam absurdissimamque acerrime insurgit Augustinus, multaque eam confutat.

*Lib. 4. const.  
Iul. cap. 3.*

A Offendit enim, secundum illam omnium vitiorum horum officia, quibus à voluptatibus temperant, ac versa tolerant, sua cuique tribuunt, & prudenter bonum discernunt à malo, inter officia virtutis esse numerandas, & affectus voluntatis unde manant esse virtutes: quo nihil ineptius dici potest. Cum enim illa verba Iuliani qua citavimus protulisset: *Vnde hæc dixerunt nescio: tam tamen certum, ut arbitror, consequens esse, ut vera sit virtus avarorum præsentia qui exigit ut generat lucellorum & avarorum iustitia, qua gravium damnorum metu factus sua nonnisi quam conveniunt, quam usurpant aliquid alienum, & avarorum in temperantia, qua luxuria, quoniam sumptuosus est, cedebat appetitum, soloque necessario vultu tegetemque contenti sunt; & avarorum fortitudo, qua, ut ait Horatius,*

*Per mare pauperem fugiunt, per saxa, per ignes.*

B Et paucis interceptis Iulianum opinionis illius non dissimili absurditate declarat: *Nec aliud erit quam vera iustitia Catilina, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus commicare quod habebat; & fortitudo vera erit eum, quod fugis, famam suam forte poterat: & vera patientia, quod patientis erat medius algoris, vigilie, præ quam cuiquam credibile est. Quis hæc sapit nisi despiciat? Nam sine dubio si virtus solum officium respicit, quod præstator etiam ab improbis, ut scopos suos assequantur, non minus atque à probris, si electissimorum hominum affectus atque habitus, quibus perferunt molestias, libidines retinent, præcipiant in posterum, beneficentiam innocentiamque conservant, inter veras virtutes quamvis imperfectas collocandi sunt.*

C A qua quidem sententia, quamvis immaniter à tramite veritatis exorbitet, non multum recedit quorundam opinio Scholasticorum veram virtutem esse arbitantium, que ordinatur ad aliquod particulare bonum, dummodo sit verum bonum, & sit referibile ad universale bonum. Hoc enim si verum est, profecto vera virtus erit avarorum, ambitiosorum, superbiorum, & similium pestium. Quis enim dubitet, pecuniam, honorem, laudem, excellentiam, omnia denique terrena bona, que creavit summa bonitas, esse particularia & vera bona, & ad universale bonum posse retorqueri? Et tamen novimus avaritiam non aliud esse nisi amorem pecunie, nec aliud superbiam nisi amorem excellentie, & sic de ceteris vitiis omnibus, que non nisi vera bona sectantur. Non itaque sufficit esse verum bonum in quod amando ferimur, ut aliquid virtus sit; sed opus est ut & ipse amor veri boni sit bonus. Multa enim vera bona non bono amore diliguntur.

D Hinc ergo nascitur, quod, ut aliquid vera virtus sit, non solum officium seu opus quod agimus, sed finis propter quem agimus omnino spectari debeat. Officium enim quantumcunque bonum per se consideratum si non fiat propter finem, quem sapientia vera præcipit, ipso non recto fine peccatum est. Ex quo fit, ut etiam causa istius operis, que virtus esse putaba-

putabatur, non virtus sed vitium dici debeat. Impossibile est enim ut peccatum à virtute fluat, utpote quæ juxta Philoſophos quoque facit habentem bonum, & opus ejus bonum. Vnde Auguſtinus de peccatis quibuſcunque venialibus: *Vtique illud qualecunque peccatum ex aliquo vitio venit. Et iterum: Si omnes ibi eſſent virtutes, nullam eſſet vitium: ſi nullum vitium, nullam omnino peccatum.* Vitium enim non eſt aliud niſi ſomes quidam, vel quaſi radix peccati; ut ibidem docet. Quemadmodum igitur ut opus verè bonum, hoc eſt, non malum lit, non tantum officium, ſed etiam finis operis intuentus eſt; ita quoque ut ſit vera virtus, ſeu principium operis boni. Diſertiffimis verbis hoc tradit velut rem indubitaram Auguſtinus: *Non eris itaque non officio, ſed finibus à vitio diſcernenda eſſe virtutes. Officium eſt autem quod faciendum eſt; finis vero propter quod faciendum eſt.* Et ex operis velut effectus qualitate principij conditionem colligens: *Cum itaque ſciet homo aliquid ubi peccare non videtur, ſi non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare conuincitur. Quæ tu non attendens, ſines ab officijs ſeparati, & virtutes veras officia ſine ſi ibi appellandas eſſe dixiſti, Ex quo te tanta abſurditas ſequitur, ut veram eorum appellare inſtitutam, etiam cum dominam reſpexeris avaritiam. Si quidem manus abſtinent ab alieno, ſi eſſent eorum, poteſt videri eſſe inſtituta: ſed cum queritur, quare ſit, ex reſpondeatur, ne plus pecunie lubus ferat, quomodo iam hoc factum vera poterit eſſe inſtituta, cum ſeruiat avaritia. Et aliquanto ſuperius abſurditatem ſententiæ Luliani patefaciens, ex qua veras eſſe virtutes avarorum, qui officia prudentiæ, temperantiæ, juſtitiæ, & ſortitudinis faciunt, ſequitur: *Cum enim, inquit, agitur aliquid prudenter, ſortiter, temperanter, & juſte, omnibus quatuor virtutibus agitur, qua ſecundum tuam diſputationem vera virtutes ſunt; ſi ad cognoſcendum, variam vera ſunt, hoc tantummodo intuentum eſt quod agitur, nec cauſa querenda cur agatur. Et adhuc ſuperius: *Quod cum facimus (officium prudentiæ, temperantiæ, juſtitiæ, ſortitudinis &c.) idea veras virtutes habemus, quia verum eſt propter quod facimus, hoc eſt, natura noſtra conſentaneum ad ſalutem & veram felicitatem. Quorum omnium cauſa ex ipſa quoque naturali Philoſophia in preceptu eſt: quia finis, ut ſanctus Thomas, & poſt ipſum omnes docent, dat ſpeciem actui. Ex quo ſit, ut eſſe non poſſit actus bonus, neque principium ejus bonum, cujus non eſt finis bonus ad quem collinatur.***

Epist. 29.

Lib. 4. cont. Lib. 1. 13.

lib.

lib.

D. Tho. 1. 2. 2. 4. 3.

Ex qua ſanè Auguſtini fundatiſſima doctrina liquido patet, in ponderanda virtutis auctoris & officij bonitate præcipuè de fine eſſe ſtatendum. Ille quippe tanquam ultima quies, & ſcopus animi, in agendo & voluntati & habitui & actui ſummo jure dominatur, omniaque officia, quæ ex ejus imperio fluere, & ad ipſum referri debent, ſuo colore & ſapore perfundit. Quæ ſanè cauſa fuit, cur tanta gentiles Philoſophos de ſummo bono digladiatio diſtinuerit. Omnes enim videbant, parum eſſe ad virtutem quod officium eſſe vide-

retur bonum, niſi illud ad verum & ſummmum animus referret bonum. Nam ſummmum bonum ab omnibus appellatum eſt, non nude quod ceteris bonis dignitate præcelleret; ſed ad quod animus cuncta referre debet, ad hoc ut bonus beatusque ſit: hoc eſt, id quod propter ſeipſum diligendum & fruendum eſt, ideoque cetera cognita non niſi propter ipſum. Cum enim in omnibus actionibus ſuis homo aliquid velut ultimum ſcopum voluntatis ſibi proponat, in quo requieſcendo ſe beatum fieri putat, omnes Philoſophi ſummo ſtudio quaſierunt; quid ſit illud, in quo voluntas requieſcere deberet, ad hoc ut opus ad illud referendo quoque fruendo beata ſit. Vnde Auguſtinus ſummi boni notionem explicans ait: *Non quod alia bona non ſint, ſed ſummmum id dicitur, quo cuncta referuntur. Eo enim fruendo qui que beatus eſt, propter quod cetera non habere, cum illud iam non propter aliud, ſed propter ſeipſum diligatur.* Et ideo ſuis ibi dicitur, quia iam quo excurrat & quo reſtat non inuenitur. Ibi reſque appetendi, ibi fruenda ſecuritas, ibi tranſiſſimum gaudium optima voluntatis. Et libro decimo nono de Civitate Dei: *Quam quæſtionem de ſummo bono maxima intentione verſantes invenire conati ſunt, qui egerint hominem beatum. Illud enim eſt ſuis boni noſtri, propter quod appetenda ſunt cetera; & illud ſuis mali, propter quod vitanda ſunt cetera, ipſum autem propter ſeipſum.* Ex quo ſit, ut celeberrima de ſummo bono quaſtio non alia quam iſta fuerit: Quidnam ſit per ſe diligendum quid propter aliud? Quem ſcopum voluntas in omnibus ſuis officijs ſeu operibus habere debeat, in quo velut fine per ſe dilecto requieſcat? an voluptatem, an honorem, an divitias, an quietem, an prima naturæ, an virtutem ipſam, ſeu officium bonum, an aliquid aliud? Vnde Auguſtinus Philoſophorum recentens opiniones plurimas, ita omnes exprimit, ut propter id quod quiſque ſummmum opinabatur bonum omnia vitæ bonæ officia luſcipienda cenſeret; ipſum autem bonum ſummmum propter ſeipſum tantum in omnibus officijs diligendum. Nam generales eorum diſtiones ponens: *Hec igitur quatuor, id eſt, voluptas, quies, utrumque, prima natura ita ſunt in nobis, ut vel vitium quam poſtea doctrina inſerit propter hoc appetenda ſit, aut iſta propter virtutem, aut utraque propter ſeipſa. Et itatim iterum: Cum ergo voluptas corporis animi virtuti aut ſubditur, aut præfertur, aut iungitur, tripartita variatur diverſitate ſeictarum. Quod clariùs explicans adijcit: Subditur autem virtuti, quando in uſum virtutis aſſumitur, id eſt, propter virtutem uti finem: Pertinet quippe ad virtutis officium & vivere Patria, & propter Patriam filios procreate: quorum neutrum fieri poteſt ſine corporis voluptate. Cum vero præfertur virtuti ipſa appetitur propter ſeipſam. Virtus autem aſſumenda creditur propter illam, id eſt, ut nihil virtus agat, niſi ad conſequendam vel conſervandam corporis voluptatem. Virtuti porro voluptas iungitur, quando neutra earum propter alteram, ſed propter ſeipſa amba appetuntur. Et inferius ducdecima lectarum varietatè ex varietate ſummi boni*

Epist. 56.

Lib. 19. de Civit. c. 11.

lib. 1. 1.

STINW  
ENI

*Lib. 19. c. 2.* boni colligens: Hac quippe quatuor voluptas scilicet, quies, utrumque, prima naturæ, dum sigillatim virtuti aliquando subducuntur, ut non propter seipsa, sed propter officium virtutis appetenda videantur: aliquando præferuntur, ut non propter seipsa, sed propter hæc adipsæ vel conservanda necessaria virtus putetur: aliquando vincuntur, ut propter seipsa & virtus & ista appetenda credantur, quaternarium numerum triplicem reddunt, & ad duodecim sectas perveniunt. Et ad tres sectas ex Varione cuncta perducens: *Iste*, inquit, tres sectas ita sunt: cum vel prima natura propter virtutem, vel virtus propter prima naturæ, vel utraque, id est, & virtus & prima natura propter seipsa sunt expetenda. Et in sequenti capite eandem summi boni tanquam finis notionem crebro repetit, ut videlicet propter illud cuncta officia suscipi debeant, cuncta appeti; ipsum autem solum propter seipsum, ut ejus appetitu homo beatus sit.

*Ibid.* *Quod enim beatum fact, ipse finis est boni.* Nec Augustinus tantum, sed ipse quoque Tullius de variis Philosophorum opinionibus disertus, quibus de fine boni dimicant: summum bonum; inquit, si ignoretur, vivendi rationem ignorari necesse est. Ex quo tantus error consequitur, ut quem in portum se recipiant scire non possint. Cogniti autem verum finibus, cum intelligitur quid sit & honorum extremum & malorum, inventa vita vera est, conformatioque omnium officiorum. Est igitur quo quædam referatur &c. Nam ut ibidem dicitur, hoc constituto in Philosophia, constituta sunt

*Lib. 19. c. 3.* *Quod enim beatum fact, ipse finis est boni.* Nec Augustinus tantum, sed ipse quoque Tullius de variis Philosophorum opinionibus disertus, quibus de fine boni dimicant: summum bonum; inquit, si ignoretur, vivendi rationem ignorari necesse est. Ex quo tantus error consequitur, ut quem in portum se recipiant scire non possint. Cogniti autem verum finibus, cum intelligitur quid sit & honorum extremum & malorum, inventa vita vera est, conformatioque omnium officiorum. Est igitur quo quædam referatur &c. Nam ut ibidem dicitur, hoc constituto in Philosophia, constituta sunt

*Lib. 5. de fin.*

*A omnia.* Et infra, in sententia quæ prima naturæ boni finem statuit, *Necesse est omnino officium aut fugiendi aut sequendi ad eorum aliquid referri.* Quod mox uberius de omnibus omnino officijs ad illum finem referendis explicat. Et in alia aliorum sententia: *Alij rursus ipsam a principis omne officium referunt aut ad voluptatem, aut ad non dolendum &c.* Cujusmodi in eodem libro & alibi passim apud ipsum crebra sunt. Nimirum ex Philosophorum omnium sententia, qui quemcumque boni finem statuerunt, omnem actum ad illum finem uti summum bonum, ut bonus esse possit, referendum esse, conelamatum est. In hoc igitur fine boni per quodlibet officium appetendo si erratur, erratur, non in re parva, sed totius vitæ gravissimâ: dum id velut appetituum quietem expetit, per quod velut per medium transire debuisset; eoque frui cupit, quo veritas utendum esse præscribit: atque ita transitoriam dilectionem in mansoriam commutando, vitæ humanæ ordinem naturæque perturbat. Cujusmodi pervertisas non potest non ipsius naturæ & aternæ lege damnari: cum non sit aliud aternæ & incommutabilis lex, cui semper obtemperandum est, & cujus unius violatione peccatur, nisi qua iustum est ut omnia sint ordinatissima: vel ut alijs verbis eam describit, Ratio divina vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans.

C A P V T X I.

Epicuræorum & Stoicorum virtutes improbantur ex defectu finis; late de virtutibus Romanorum.

**Q**VAPROPTER videndum est, quis sit ille finis boni, ut Augustinus eum vocat, hoc inquam, bonum, quod ex aternæ legis ordine per seipsum solum & unicum expetendum est, & propter ipsum cetera, ut sciamus utrum vera virtus sit, quæ bona officia in infidelibus operari videbatur. Ac de isto quidem fine boni multum laboraverunt, diversisque sententijs à se invicem distracti sunt, qui olim studium sapientiæ in hujus seculi vanitate professi sunt. Et quamvis Varrò in libro de Philosophia diligentissime subtilissimèque scrutando tam multam dogmatum varietatem adverterit, ut ad ducentas octoginta octo lectas facile perveniret non tamen, eos quamvis diversis errantes modis, naturæ limes in tantum abstinere veritate deviare permisit, ut non alij in corpore finem istum boni, alij in animo, alij in utroque collocarent. Quâ consideratione factum est, ut Augustinus omnium veterum opinionum diversitatem ad duas omnino revocet, unam quæ in corpore, alteram quæ in animo finem boni constitueret, ad quem cuncta referri oporteret. *Quantum inquit, pertinet ad quæstionem de summo hominis bono, remove per-*

*A sonas hominum, atque ipsam disceptationem constituit, profecto reperies duos errores. inter se adversa fronte collidi, unum constituentem in corpore, alium constituentem in animo sumum bonum. Id ipsum autem rursus adjuvantis personæ constituit, reperies Epicuræos & Stoicos inter se acerrime amucantes. Qua de causa dicitur istæ sectæ totam quodammodo Philosophiam gentium à Christiana alienam doctrinam dividentes, in Christianæ religionis exordio leguntur nomine Epicuræorum atque Stoicorum Paulo Apostolo repugnasse. Epicuræi igitur in corporis commodis, quiete, voluptate, dolorumque vacuitate finem boni posuerunt, hoc est, corpore suo, voluptates commoditatesque ejus studiosissimè venando, fruendum esse statuerunt. Hoc enim fruimus, quod est finis boni, ad quem cetera omnia per seipsum expetitur referenda sunt. Unde necesse fuit, ut virtutem corporis voluptatibus atque commodis per seipsas videlicet expetendis sublernerent, & veluti fini omnium bonorum servire cogerent, juxta illud Augustini: Quales virtutes Epicurus induxit voluptatum ancillas, quæ omnino quicquid facerent, propter illam vel adipsam facerent, vel tenendam. Nimirum, quia propter finem boni necesse est ut virtus,*

*Epist. 56.*

*Lib. 19. c. 2.*

*Lib. 19. c. 2.*

*Lib. 19.*

*Lib. 4. m. 1.*